



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lvgdvni, 1659**

Cap. I. Quisnam possit dispensare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**




## EXAMEN XVI.

De Legibus circa materiam de Dispensatione particulari, scilicet priuilegio.

## CAPVT PRIMVM.

*Quisnam possit Dispensare?*

1.  *Vid significat hoc nomen Dispensatio?* Actum iurisdictionis, quo quis à legis obligatione eximitur; aut quo legis obligatio suspenditur.

2. *Qui nam in lege dispensat?* Superior legitimus, seu Legislatores, vel Superior ipse, vel successor, vel equalis in iurisdictione, cuius quidem internus consensus requiritur ad dispensationis valorem. Hic potest cum suis subditis dispensare, illósque à legis obligatione eximere, respectu aliorum adhuc obligatione perseverante. Idem potest quilibet conditor in sua lege, & Summus Pontifex in legibus ab Apostolis tanquam Episcopis latis.

3. *Num possit Legislatores secum suis in legibus dispensare?* Potest, quamvis actum, quo quis secum sua in lege dispensat, propriè & strictè dispensationem non appellatim.

4. *Inerior ne potest in Superioris lege dispensare?* Minimè, quoties Superior sibi dispensationem reseruauit, aut inferiori prohibuit dispensandi facultatem. Imò nec potest toties quoties non ademit expressè Superior ei facultatem dispensandi; quia quando urgente necessitate potest Papam certiorum per literas facere; vel inopiæ partium, quibuscum dispensandum est debet suis redditibus occurrere, ipse dispensare non potest.

## CAPVT II.

*De dispensationis validitate, & nullitate.*

5. **N**VM Dispensatio concessa sine iusta causa à legislatore, vel ab habente ab ipso facultatem, valida sit? Valida quidem, sed non licita. Unde peccat Superior si dispenset sine